

manuum tuarum delectabor. Et tamen quia
 manum legimus filium. Scriptum est enim. Non
 ne manus tua fecit hec omnia. Et alibi. Posui
 manum meam sub tegumentum patris. quod ad in-
 carnationis mysterium expectat. quia integu-
 mentum corporis virtus dei sempiterna suscepit.
 Utique liquet. manus. & de filio dei. & de spiritu sancto scriptu-
 ram locutam. Et rursum quia digitum dei spiritum legi-
 mus. ideo appellatos digitos estimamus. ut filium
 & spiritum signare. .VII.

Denique. ut & filii & spiritus sanctificationem se habere
 commemorat. ait quidam sanctus; Manus tue fecerunt
 me & plasmauerunt me. Cur enim verborum si-
 militudinem recusamus. ubi unitatem potestatis
 asserimus. cum eo usque unitas potestatis sit. ut
 arguat spiritus. sicut arguit pater. arguit filius.
 Sicut enim scriptum est. Domine ne ira tua argu-
 as me. neque in furore tuo corripias me. Deinde
 quadragesimo & nono psalmo. sicut dicit dominus. Ar-
 guam te. & statuiam ante faciem tuam peccata
 tua. Ita etiam de spiritu sancto filius dixit. Cum autem

